1622. d 30. 7bris



136

Kopia Listu Kommissarzow Koronnych do Szwedzkich.

Nos Regni Poloniæ Magnique Ducatus Lituaniæ deputati Commissarij Illustribus Magnificis et Generosis Dominis Regni Sveciæ Commissarijs Salutem.

Cum iam Birus ad Locum tractandis destinatum habita ratione tempore utriusque Partis assensu recenti manere voluissemus, redduntur Nobis Literæ dominationum Vestrarum die Vigesima Quarta Septembris si Stylus novus intelligatur scriptæ, Quibus dominationes Vestræ non modo cunctationis culpam in præsenti Negotio in Nos conferre, videntur, sed etiam à Nostratibus nonnulla præter æquitatem et initam transactionem committi exponunt, Primum quod attinet vidimus Literas Illustrissimi Principis et Campiducis Exercituum Magni Ducatus Lituaniæ, quibus cum Illustri Comite domino Iacobo de La Gardie de die Decima Octava Septembris stil. nov tractationi assignanda egerat, Cum autem Dominus Comes terminum illum propter quorundam Regni Sveciæ Commissariorum absentiam nimis angustum in suis responsorijs putaverint ac decem dierum accessionem petierint, ideo incertum est quomodo hæc duorum Mensium in Literis Dominationum Vestrarum expressa præstolatio cum anteactis conciliari debent, Si quidem aut dominationes Vestræ urgent antequam ipsa authoritate inchoabitur tractatio ut quædam de tempore Loco et comitatu occurrentia complanentur, id cum præsenti instituto non dissonum videatur, Libenter eosdem Subdelegatos Nobiles et Generosos Nicolaum Korff de Krisbork Tribunum Equitum, Henricum Zameling Capitaneum Otersen Equitum cohortis Præfectum Mathiam Mysorski Pretoriæ Cohortis Vexilliferum sufficienti Informatione instructos expedivimus, ut cum Subdelegatis Dominationum Vestrarum de omnibus præparatorijs transigant, Sed quæ in ista obsta

culorum

staculorum à molitione praesenti Negotiô creabitur mora Eam Dominationes Vestrae Nobis ut potè celerem rei exitum minimè moraturis, non ascribent, Caeterum atti-torum astel partem quod attinet miramur Dominatio-nes Vestras modum in scripto quaerere, et Exercitus Noster attentione Castrorum quaestrans Dunam trans-portationes tantopere moveri, Siquidem non eventu-rum, nunquam à Nostra Parte promittebatur Nam si Dominationes Vestrae Nostrorum Subdelegatorum testimonium appellant, quid ergo fit quod Delegati Vestri cum hac de re Nostros sollicitarant, non ipso-rum promisso sed authoritate Illustrissimi Domini Campiductoris Nostri (: ac si Jus ad Nitoriam Mili-tem Distractum in obtulisset :) sese tuerentur, prout id ex Scripto Germanico Manuum Delegatorum Do-minationum Vestrarum subscriptione firmato, patet. Cum post initam transactionem Terra Ma-rique recentes Dominationibus Vestris superve-nirent, copiae commeatusque et varia belli admini-cula Manibus advehrentur publicae tamen fidei prae-iudicium nequaquam inde Vestibus, exprobavimus, par itaque est, ut eadem erga Nos utamini discretio-ne, nec loco injuriae reponatis cum proprium Mili-tem in propriis Sacrae Regiae Maiestatis Domini Domini Nostri Clementissimi et Reipublicae ditio-nibus absque laesione alterius Partis tenemus Ca-strave permutamus, se enim cum Nostro Milite id quod Dominationibus Vestris expediebat statui-stis tum res rationesque Nostras ex sua commodita-te metiri non deberetis, magis enim ex re Nostra est, ut Exercitus Noster sub dio absque onere Provinciae versetur ipsi etiam cessationi armorum id conve-nit, quae non abrogationem sed ferationem quandam Militiae imponere videtur, Sed contra Eos aliosque suspiciorum aestus, ipso praestabimus, suffecturam Dominationibus Vestris omnino confidimus, In caeteris quae in privatos homines extra Militiam licentiose non impune tamen sese gerentes affirmi-tur, Itidem delegati Nostri Dominationibus Ve-stris

stris optimo modo satisfecent.

Quicquid aut illi cum Subdelegatis Dominationum Vestrarum statuerint, id Nos ratum, firmumque habituri sumus, et quamprimum Relationem Nobis attulerint, protinus in Nomine DEI altissimi presentes (cum alioquin in procinctu simus) aderimus Omnemque Curam et diligentiam publico isti Christianoque operi admovebimus. Datt Binis die trigesima Septembris Millesimo septingentesimo Vigesimo secundo. Anno.